

num. 11. pag. 190. Mynsing. Cent. 6. Observ. 56. num. 4. p. 589. Et licet, Conclusio sit terminus exclusivus omnium probationum, propterea, quod facta conclusione dicatur de causa liquere, gl. ad C. Significaverunt Extr. de Testibus. Mynsing. d. Observ. num. 2. pag. 589. quod tamen admittit exceptionem in casu innocentiae. Unde Judex in criminalibus ad tuendam rei innocentiam non solum ad petitionem partis, sed etiam ex officio novos testes super iisdem articulis recipere potest, etiam si publicata sint testimonia, & conclusum in causa. Imò si quis habeatur pro contumace, confesso & convicto in delicto, quòd justò tempore non responderit, non tamen cum sua probatione & defensione excluditur, sed adhuc admitti potest cum probatione sua ad deducendam innocentiam. Mynsing. Cent. 4. Observ. 13. num. 4. 5. 6. pag. 393. 394. Aliud tamen est, si reus privilegio in defensionis favorem concessò velit abuti ad protelandam litem, & eludendam Justitiam; tum sanè Judex potest reo satis cum suis defensionibus audito injungere, ut tandem concludat, & finem litigandi faciat. Vide Gilhausen c. s. ramusc. 6. p. 263. arbor. Criminal. Vide & Jul. Clarum. l. 5. quest. 71. per tot. pag. 739. 740. Quando verò omnia circa actum examinandi testes à Commissariis expedita sunt, tunc finitum est illorum officium; ipsique tenentur acta Magistratui deleganti citò transmitti: qui quoque illis perlectis, consilioque habitò, quid ulterius agendum, aut quomodo in causa procedendum, & pronuncianum, Judici, coram quo processus pendet, aperiet & manifestabit.

ARTIC. LXXIV.

Si testimoniis innocentiam suam probare reus velit.

Von Rundschaft des Beklagten / zu seiner Entschuldigung.

Sein Beklagter Rundschaft und Weisung führen wolte / die ihn von seiner verflagten Missethat entschuldigen solte / so dann der Richter solche erbottene Weisung für dienstlich acht / so soll es mit Vollführung derselben / auch vorgemelter massen / und dazu / wie von solcher Ausführung der Unschuld hernach in dem 151. Articul / ansehend: Item / so jemand einer That bekäntlich ist / re. und in etlichen Articuln darnach / klärlicher / mehr und weiter gefunden wird / gehalten werden.